Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Prooemivm

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

PROOEMIUM.

Astronomia est scientia
partim practica partim speculativa, una ex ma-
tis, qua totum universum prout sub figuram et
motum cadit considerat, describens constitutionem
mundi, quem dividit in elementarem, et aetheream re-
gionem; investigat deinde numerum, magnitudi-
nem, motum, et distantias a terrâ omnium corporum
caelestium stellarum tam fixarum, quam errantium
seu planetarum, ortus item et occasus, recessiones
denique et accessiones ad se invicem, et eclypses nu-
merorum calculo docet supputare. Dividitur in motum
primum, qui primo mobili, seu caelo undecimo tribuitur
ab ortu in occasum spatio viginti quatuor horarum
definitus, et motum secundum, qui contra ab occasu in
ortum super diversis a mundi polis ab inferioribus
caelis, quibus cum discrimine convenit secundum certam tem-
poris mensuram, eamque perpetuam singulis caelis congruam
describitur. Ex his duobus motibus vocatur ille ideo [?]
primus, quod sit reliquorum omnium regula et mensura,
ob quam etiam reliqui velut secundarii ab eodem men-
surantur, vel dicitur motus primus, quo secundum ~~omne~~
omnes reliquos inferiores caelos rapiat, unde et motus

Astronomiae officia.

Astronomia dividitur in 1um motum, a primo mobili et motum 2um

Cur hic 1us motus dicatur

J. E. Maillot [?]
Canonicus Monasterij grandis-vallis.